Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



videns autem flevit super illam dicens · qr si cognovisses et tu
et qdē i hac die q̄ ad pacē tua · nunc aut abscondita sunt ab oculis
tuis · qr venient dies i te et circudabunt te inimici tui vallo et co
angustabunt te undiq; et ad terram prosternent te et filios tuos q̄ sunt
i te · et non relinquent i te lapidem super lapidem eo qr non cognovisti
tempus visitationis tue · et ingressus in templum cepit eicere illos e
mentes et vendentes dicens illis Scriptum est · qr domus mea domus
oracionis vocabitur · vos aut fecistis illam spelunca latronum · Et erat
cotidie docens in templo · Principes aut sacerdotum et scribe et prin
cipes plebis querebant illum perdere · et non inveniebant quid facerent illi · Omnis
enim populus suspensus erat audiens eum

261

Factum est in una dierum · docente illo populum in templo et
euangelizante · conuenerunt principes sacerdotum et scribe
cum senioribus et aiunt dicentes · ad illum · Dic nobis in q̄ potestate
hec facis aut quis tibi dedit hanc potestatem · Respondens aut ihesus ad
illos dixit · Interrogabo et ego vos unum verbum · quod si dixeritis mihi
Baptisma Johannis de celo erat an ex hominibus · At illi cogitabant in
se dicentes · qr si dixerimus de celo · dicet · Quare non credidistis illi · Si
autem dixerimus · ex hominibus · plebs universa lapidabit nos · Certum enim
est Johannem prophetam esse · et responderunt se nescire unde esset
et ait illis ihesus · Nec ego dico vobis in q̄ potestate hec facio · Cepit
autem dicere ad plebem parabolam hanc · Homo quidam plantavit vineam
et locavit eam colonis et ipse peregre profectus fuit multis temporibus
et in tempore vindemie misit ad colonos servum · ut de fructu vinee
darent illi · q̄ cum misisset eum cesserunt et addidit alium servum · illi
autem illum cedentes et affligentes vacuum dimiserunt · Et
addidit et tertium misit · q̄ et illum vulnerantes eiecerunt · Dixit
autem dominus vinee · Quid faciam · mittam filium meum dilectum · forsitan
cum hunc viderint verebuntur · quem cum vidissent coloni cogitabant inter se dicentes · Hic est heres · occidamus eum et nostra fiet
hereditas · et eiectum eum extra vineam occiderunt · quid igitur faciet
illis dominus vinee · Veniet et perdet colonos illos · et dabit vineam
alijs · Quod audientes dixerunt illi absit · Ille aut aspiciens illos dixit
Quid igitur hoc est q̄d scriptum est · Lapidem quem reprobauerunt edificantes